

# FRANCISCUS EPISCOPIUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto filio **Antonio Napolioni**, presbytero Camerinensis - Sancti Severini in Piceno Sedis ipsiusque hucusque inibi Parochio, Vicario Episcopali ac Theologiae Pastoralis Docenti, Cremonensi destinato Episcopo, salutem et Apostolicam Benedictionem. Vigilem convertentes ad Cremonensem Ecclesiam animum nostrum, de eadem nunc magnopere sollicitamur, cum ibidem sacrum Clintonis desideretur, postquam eiusdem procurationem reliquit Venerabilis Frater Dantes Lanfranconi. Ad te, dilecte fili, decurrimus quem prudenti de consilio ministerium illud gerere posse iudicavimus. Etenim pastoralibus virtutibus incepitisque luculenter ditaris, cum iuvenibus, Seminarii tironibus colendis necnon familiis curandis spectabilem dederis operam. Itaque sententiam amplectentes Congregationis pro Episcopis, Nostra de Apostolica potestate, te **Cremonenseum** Episcopum nominamus et constituimus, omnibus simul concessis inribus officiisque impositis quae ad sacerorum canonum normas ad te pertinent ad tuamque condicionem. Ut quolibet autem catholico Praesule episcopalem extra Romanam urbem consecrationem suscipere poteris. Sed antea fidei professio erit tibi facienda et fidelitatis ius iurandum in Nos et Successores Nostros nuncupandum secundum Ecclesiae leges. Clerum deinde et fidelem populum tuam electionem docebis, quos omnes ad ferventem pietatem probandaque agenda opera cohortamur. Nihil reliquum est, dilecte fili, nisi ut tibi addamus animum, grave hoc ingredienti ministerium. Insignis antiquaque Cremonensis Ecclesia eiusque annales tibi suppeditabunt perutilia indicia, quibus doctus praesidusque supernis firmatus, Christi Domini lucide ostendere studibis praecepta et salutaria verba. Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Novembris, anno Domini bis millesimo quinto decimo, Pontificatus Nostri tertio.

François

Leonardus Saffena, Prot. Ap.

